Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

lassescens deiceret & brachia infirma deponeret & inualescebat
amalech; Ita ergo & tam nos in uirtute crucis xpi extollamus bra
chia & leuemus in oratione sanctas manus in omni loco sine ira
& disceptatione. ut a dno mereamur auxilium. Hoc idem namque
& iacob apls cohortatur dicens; resistite autem zabulo & fu
giet a uob. Agamus ergo omni fide ut non solum fugiat
a nob sed & conteratur satanas sub pedibus nris. sicut & pha
rao dimersus est in mare. & in profundum abyssi extinc
tus. Nos autem si recedamus de aegypto uitiorum. fluctus sci
licet tamquam iter solidum incedemus. per ihm xpm dnm nrm
cui est gloria & imperium in secula seculorum.

IIII DE DECEM PLAGIS QUIBUS PERCUSSA EST
AEGYPTUS

Historia quidem famosissima nobis recitata est. & quae pro
sui magnitudine uniuerso mundo sit cognita per quam desig
natur quod ingentibus signorum ac prodigiorum uerberibus aegyp
tus cum pharaone rege coacta sit. ut hebraeum poplm quem
ex liberis patribus natum uiolenter in seruitutem redigerat in
genuitate redderet & libertati; Uerum ista gestorum contextio
permixta est. ut si singula diligenter inspiciat. plura in quib;
hereat intellectus quam in quibus expedire possit inueniat.
& quia longum est singula per ordinem scripturae dicta pro
ponere. continentiam totius historiae compendiosius
recensebimus; Igitur primo signo proiecit uirgam suam